

Clarissimo atque Doctissimo Viri

32. 67

Domino Joanni Henrico Leichio
Philosophiae in Lipsiens. Universitate
Professori

Gaspar Ceraty Pijanae Universitatis
Provisor Generalis
M. P. A.

Paucis abhinc diebus allatae mihi sunt, Vir charissime, Litterae tuae
propè finem Junij anni praesentis conscriptae, quibus tria exemplaria
limatissime Diatribae tuae super Photij Bibliothecam, et Exemplum unum
Tomi abeuntis Commentariorum celeberrimi Moscovij adiunxeris. Tarditas
sanè nimia, quae ad me advenit, sunt ultimae Reg. Merced, summam me
fraudavit sollicitate, quae et perustatandis manibus perspicacissimi
Ingenij tui monumentis, et iustis, uberesque Tibi gratias calorius re-
pendendo, perficere fuisset. Nunc tandem spectabilissime Humanitati,
et Eruditioni tuae debitum persolvo grati animi, et gratulationis offi-
cium. Quinimò Te ad majores nitentem fastiditissimis votis magis ac
magis incendere audeo, ut otia, quae a Munere Tibi recens iniuncto
Philosophicas disciplinas explanandi, decerpere poteris, in adornandâ
Omnium Operum Photianorum editione feliciter et impigre injemas.
Quae ahenim a Venetis Oris spes affulgebat tali quantorum editione
perficiendi, iam videtur prope modum evanuisse. Tu, Vir Doctissime, qui
non minus ingenio acutissimo vales, quam vehementi Litterarum Graecarum

amove, Laques, qui robustâ etate fueris, et laboris patientiam non deestis,
nobilissime, huius Sportæ exornandæ, unice par esse mihi uideris.

Ad celebres Viros Politum, et Corsinum, Delatas sunt sine morâ
exemplaria diatribarum Tuarum, quæ singulis destinasti. Ambo Tibi per me
maximas referent gratias. Politus iamdiu propter exortos ipsum inter,
et Papavinum Typographum, acres dispersiones magnum opus Eustathianæ
Editionis intercidere parus est, nec Uobis Literariæ Reipublicæ, ut
proclary Labor remuneretur, annuos uoluit, sed ad alia conuertit
animum, et præcipue ad nouam Martyrologij Romani cum uberrimis
Annotationibus emulgationem, quam inchoatae Romæ Typographus
ad umbilicum perducere nullo pacto ualebit. Corsinus Græcorum Anti-
quitatis enucleare pergit summâ Constantiâ, et alacritate, et nunc
per manus habet præcipuissimum de Siglij Græcorum Commentarium.
Simulac in publicam Lucem prodierit noua hæc Leuebratio, admittat,
ut unum eius exemplar ad Te, Vir doctissime, perueniat. Quod si
ad auerruncandas transiectionis difficultates, quæ sæpe me in desperationem
propè adigunt, aliquem negotiatorem Venetijs per amicos duos Lipsien-
ses indicare prouum erit, cui ambo nos fidei tute potestem, summo
id solatio me recrearet.

Ut Magnus Mascouio effusissimè nos nomine gratias referre uelis pro
eximio Commentariorum Muncere, quo Museolum meum ditare uoluit,
Comitatum Tuam amice precor, utque illi nunquam intermiseris

obsequij mei, et infinite prope estimationis, quâ ipsum sincerissime
prosequor, testimonium Tibi placeat pro singulari tuâ facundia Lum-
Lenter exprimere.

9

Nullo unquam tempore animo excedit meo supra meritum existi-
mationis de me tuæ, et effusissime humanitatis significationes, quibus
tua recundat Epistolas. Opere plusquam Verbis respondere satagam
semper eade Conibati. Quare ut mihi ipsis tuis per se opportunita-
tem afferas efficiendi, id, quod in votis summasse habes, etiam
atque etiam rogo. Scribebam Tibi Januarius anni 1749.

1749
13 Jan

Viro Clarissimo 60

Domino Johanni Henrico Leichio
Philosophie Professori

Lipsiam